rebellium praebuisse, et alia huiusmodi.

Contra tamen ex hinc indi exhibitis scriptis in hac causa intelligere satis possumus, et si inter M.tem V. Regem Camerae Procuratorem, et Ducatum Bavariae super exemptione justificationis fit. Ad quam Comitem non tanquam Actor vel Reus, sed solum pro suo interesse tangit Imp.ri. Status citatus fuit. Illud tamen in primis propter utilitatem M.tis Vae Caesareae, et Sac. Imperij, cuius iura Fisci Camerae Procuratorem defendit ante latam, et pronuntiatam definitivam sententiam, praeiudicare vel damno nobis esse non debet: maximi vero cum dictus Comes semper usq. ad hanc horam in contumacia, et quasi libertatis possessione Comitatus sui Imp.lis fuerit, et etiammum a M.te Vra Cae. et Sacro Imperio pro tali habetur et inuestiatur, ad omnes Imperij, et circulos Conuentus, et nunc etiam vocatus fuerit, hactenus ordinem praestiterit: et passim omnibus in Imperio pro tali notus sit. Ad haec recessus anni 48. ministrorum pro se habeat, quo expressi cauet, ne quis sine iure quasi possessione libertatis priuetur aut spoliatur.

Quemadmodum etiam idem Comes anno 55. una cum p.o Alberto Duce, et alijs ordinibus Imperij deliberationi, et constitutioni pacis Religionis interfuit, et cum reliquis in Senatu Principum scripti. Recessum expressi, et nominatim inter eos fuit. Quamobrem, et cum alijs ea pace moris fui, et cum effectu fondi debuit, nam prudente lite Exemptionem concernente, nullus a pace Religionis excludi debuit.

Neq. potest ei sani, eoq. in Comitatu Imperij constitutus, Ducalibus non paruerit mandatis, contumacium obijci, praeter id quod Rebellio talis, nostro quidem iudicio nondum rationabiliter probata fuit, neq. executioni in tam graui negotio mandata videatur, maxime cum ratione suae actionis coram M.te Vra, et omnib. Imperij ordinibus, ad id quod iuris est, se se offerat, earumq. sit opum, ut iudicium soluere possit, ac nomitipti liquidem restitutio, quae ante omnia praeuidere debet effectum habeat, ut quod munuis sui erit, faciat, ette curatores promittamus.

Cum itaq. ex his omnibus liquido constet Ortemburgen Statum vb. Imp.ri propter nostram maxime Religionem in has angustias, et damna ette coniectum: praeterea in Conuentu Vormatien Cautum ette Religionis libertatis fieri atq. ea ratione a M.te Cae. conuenientes, et amicabiles tractationes suscipiat, allegatis quos bellionem nondum connictum esse, circumq. ante omnia restitui debere, ipsum Comitem se se ad id quod iustum est, offerre.

Nos a M.te Vra Similiter petimus, uti in hac manifesta causa Religionis, quae nobis, et alijs ordinibus Confessionis inconuenient auxilium, et liberatio sequatur, nimium ette praeiudicatura, dictum Comitem ad omnia in integrum restituere, atq. efficere, uti ei in Comitatu suo Imperiali Augustani confirmari Religionem instituere liberum sit, atq. ita praetiosissima pax Religionis, Doceti Vormatien, et inpiis M.te V. Cae. erecta concordia, diuinq. et hac nostra humili, Christiana, et iusta interpellatione quae nos solum ad conuenientem promotionem cautae, conseruationem, et confirmationem pacifici status in Imp.o Sac. neq. in iniuriam vel damnum ullius suscepitis videri debemus; cum effectu, et fructu, sui potiri

diligenter

diligenter considerabit, quae erroris emersuri sint, nisi minores aeque atq. maiores, et potentiores in Religionis pace desiti fuerint. Quibus omnibus, ut maturae, et recte prouideatur, et occurratur promptis nos offerimus, atq. parabit.

Secundo vero quantum ad miseram Communitatem Ciuitatis Dunckelspiel attinet M.tas Vra praeter ea, quae prudem ipsi ei per libellos supplices exponi curauerunt, ex adiunctis scriptis intelligit quam graviter, et q3 dolenter, pro restitutione ademptae, et sacrilegus ui exercitij Religionis Confessionis Augustanae supplicant, atq. orant. Cum itaq. anno 55. instituta Relig.nis pax expressis verbis inhiat, q. in quibuscung. liberis et Imperialib. Ciuitatib. praeter aliam Religionem, Augustana confessio aliquandiu in vsu fuerit, deincepsq. etiam ita manerat, et in talibus Ciuitatib. conservetur, earundemq. Ciuitatum Praelati, et Ciues Spirales et Saeculares, pacifice inter se uiuant, nisq. ulla pars alterius ritus, vel Ceremonias abolere, vel ab illis amouere praesumat, sed unaquaq. in talibus Religionis suae ritibus, ordinationibus, et ceremonijs uiuere, bonis item omnibus, quemadmodum reliqui ordines Imperij frui possit. Quemadmodum litera ipsa pacis publicae idipsum expimit.

Iam vero cum manifestum, atq. notorium sit post erectam pacem Religionis, Confessionem Augustanam, una cum ritibus Ecc.ae in Ciuitate Dunckelspiel annis amplius uiginti exceptam, et uitatam fuisse, adeoq. maiorem partem Ciuium in hunc usq. diem in ea constanter perstitere, quod sacrifices 1000. Ecclas alibi cum summa difficultate in uicinis ciuitatibus adire cogantur: hac autem consti ipsos per nouum ibi institutum Senatum (de quo etiam in Datauien gravaminib. ante id tempus mentio facta est,) ipso facto directe contra ipsam pacem Religionis priuatos fuisse, non obstante q. illam Religionem, mitere, et afflictae illi Communitati permisurum, et sartam tectam conseruaturum se se ette promisisset. Ad haec vero dictae supplices, Ciuius, et uicinarum Ciuitatum testimonium dare possumus, quod ad politica attinet secundum omnem aequitatem, obedientes se se Magistratibus suis exhibere, non obstante quam graviter contra pacem Religionis mulctentur, disdoniscentur, atq. opprimantur.

Atq. inauditum sane uidetur maiorem partem talis Reip. in Religionis, et fidei negotijs minorem partem contra conscientiam sequi, et ad eius arbitrium obstrictam ette debere, ut interim taceamus, quod cum Religionem hanc nostram sine alia mulcta ab hinc annis vnaniniter coluissent, nunc uicissim Papisticam intermiserint, et tandem miseros Ciues Religionis suae, uitiosq. prorsus priuarint, atq. ultra id graviter persequantur, damnisq. et iniurijs afficiant.

Quamobrem cursus M.tis Vae, nec minus diligenter quam aut rationi Comitis deprecamur, uti oppressis Inter Christianis, qui nostrae Religionis, atq. Confessionis sunt, ea quae annis iam undecim priuati existunt, clementer eam restituere, ac deinceps in Religione nostra defendere, atq. manutenere uelit.

Atq. ut in duobus manifestis Religionis cautis Ortemburgen Comitem et Reng. Dunckelspiel concernentibus, alijsq. eius generis, quae paci Religionis aduersantur, talem se se exhibeat, ut ex ipsa intelligere possimus, fore, vti saepe nominata pax Religionis in Imperio, in suo Statu, et dignitate conservetur, cum nos aliosqui si in tam manifestis Religionis cautis Christianis totijs nostris succursum ei non uiderimus, de ea minus quam